



Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorijs III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvvs I., Stephanvs IV., Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges Francorvm, Carolvm Martellvm, ...

Gretser, Jacob

[München], 1613

Jtem exemplar Epistolæ ad Domnum Carolum Regem directa, in qua continetur, de Monasterio sancti Hilarij Confessoris in Calligata: orat, neipsum, sen hospitales, quiper colles Alpium siti sunt, in ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

gnis victorijs & exaltatione ad proprii regni vestri culmen, vna cum omni Deo dilecto Francorum exercitu, incolumem reuerti.

Item exemplar Epistole ad Dominum Carolum Regem directa, in qua continetur, de Monasterio sancti Hilarij Confessoris in Calligata: orat, ne ipsum, seu hospitaes, qui per colles Alpium siti sunt, in susceptione peregrinorum, vt à nulla magna paruaque persona inuadi sineret. Apud. Bar. & Centur. subijciuntur ista. Vt Gundibrando Duci Florentino mandet, vt qua eidem Monasterio, abstulit, reddat.

LXXIV.

DOMNO excellentissimo filio, nostroq; spiri-
tali Compatri Carolo, Regi Francorum, &
Langobardorum, atque patricio Romano-
rum, Adrianus Papa. Nouimus regalis excellentiæ
vestræ benignitatem pro Domini amore, atq; B. Petri
Apostolorum principis, à quo meritis & præclara est
dignitate ditata Ecclesia, & sicut amans iustitiæ, vni-
cuique suffragium impertire. Quatenus petentes
quæsumus, vt pro eiusdem B. Petri fautoris vestri a-
more, nostraq; paterna dilectione, sicut solita est ve-
stra perfulgida regalis potentia, piorum locorum soli-
citudine, restorationis iuamina ferre: Ita & in *sub-
iectis monasterijs spiritualis matris vestræ sanctæ no-
stræ Romanæ Ecclesiæ, quibus aura vibrantissima re-
gali in triumphis præcellentia concessa atq; offerta
sunt. Scilicet monasterium sancti Hilarij Confesso-
ris Christi * qui pons in Calligata, vna cum hospitali-
bus qui per calles Alpium siti sunt, pro peregrinorum
susceptione poscimus, vt à nulla magna paruaque
perso-

Summ. 37.
Bar. 5
Cent.

* sancti

* qui locum.

persona qualibet inuafione brachium pati uestra exi-
 mia finat clementia : fed in omnibus pro Monacho-
 rum Deo feruientium laudibus, atq; fufceptione pe-
 regrinorum, iuftitiam illic conferuare ficut folita eft
 dignetur, & inuafionem quam Gundibrandus dux ci-
 uitatis Florentinae in eodem monafterio ingerit, in
 curte quadam Safantina, territorio fcilicet Florenti-
 no, arripiens ex ea inlicitè plura peculia, quæ illi mi-
 nimè pertinent, abftollenda, emendare * iubemini:
 * *iubentis.*
 fimulq; terras, quas ex ipfa curte plures homines fine
 ratione abftulerunt, reddere uestra à Deo inspirata re-
 galis potentia faciat, & pro amore eiuſdem, regni cœ-
 lorum clauicularij, & noſtro, præfati Monafterij Miſ-
 ſos mitiſſimo vultu ac benigniſſima hilaritate eos fu-
 ſcipientes, iuſtitia, quam à vobis petierint clementiſ-
 ſime ficut foliti eſtis accipiant effectum, vt dignam
 pro ipsis Monachis ſeu peregrinorum ſufceptione fu-
 ſcipientes mercedem, potius valeamus in Confefſio-
 ne Ianitoris regni cœlorum pro vobis filiaq; noſtra,
 Domna Regina, ueſtraque triumphatiſſima prole, di-
 uinam exorare clementiam, vt hic æuiſtemporibus
 que regni gubernacula fruentes in ætheriis arcibus
 confortes, cum ipſo Chriſti Confefſore B. Hila-
 rio, effecti inueniamini. Incolumem excel-
 lentiam ueſtram gratia ſuperna
 cuſtodiat.



Item